

pore occurrunt festa, in dies dominicos transferret, excepto festo assumptionis B. M. V. Quorum petitio per ipsum Sanctissimum, maturo praemisso examine, exaudita, in regionibus illis optatam ab Episcopis, & populis tranquillitatem peperit.

85 Complures alii catholici orbis, & praesertim Italiae Episcopi, qua voce, qua scriptis improbantibus abusum mercatum, & nundinarum, quae fieri solent diebus festis, rationem ab ipso petierunt, qua grassanti in diem malo occurrere posset? Et ipse respondit, quod inter modos propositos, atque servandos in imminutione, ac celebratione festorum praecipuus ille est, quo inter ipsos festos dies discrimen constituitur: Etenim in diebus Dominicis, nempe in celebritatibus Domini, B. M. V. ac in aliis solemnioribus in memorato peculiari suo scripto indicatis, debet christianus populus nedium interesse divino sacrificio, sed etiam abstinere ab operibus vitiosis. In ceteris vero festis minus solemnibus imposita est Christi fidelibus obligatio interessendi missae sacrificio, tradita in reliquis cuique illorum potestate ea faciendi, quae fieri solent diebus ferialibus.

86 Postremo, plurimis ab ipso eruditissime ad rem adductis, a nobis brevitate gratia omissis, concludit, quod in transgressione festorum nulla valet consuetudo, etiam immemorabilis, ut in Barchinonen. Observationis festorum, contra mercatores Barchinonenses, qui contendebant posse vendere merces suas diebus festis, consuetudine ad id immemorabili fulti; Sacri Congreg. Concilii die 13. Maii 1669. respondit; Id mercatoribus non licere, quacumque consuetudine immemorabili nequam obstante. Et denuo reposita causa a dictis mercatoribus validiore conatu objecta consuetudini immemorabili insistentibus, eadem Sacri Congreg. 27. Martii 1683. in priori sententia, & decreto persistit, silentiumque mercatoribus imposuit: (Videtur facile in Cathaloniae principatu se divertere ibi habitantes a celebratione festorum: Reg. Sched. in add. hisp. verb. Mulctae, & Processiones, perlegantur.) Et in Ripanae mercatus, contententibus civibus Ripanis contra edictum Episcopi prohibentis fieri mercatus diebus festis, id sibi licere ex consuetudine immemorabili, ac proposito dubio, An liceat communitati, & hominibus Ripae habere mercatum die Sabbati intus, vel extra civitatem, quando occurrit, quod sit dies festus in casu &c. Sacra Congreg. Concilii die 22. Maii 1711. respondit. Negativo, & amplius. Quod decretum sua auctoritate apostolica comprobans instar regulae esse vult, ac in omnibus temporalis suae dictionis Urbibus, & locis 8. Sedi Apostolicae mediate subiectis inviolabiliter observari praecipit; Refertque ad id cap. Omnes r. de Feriis, Constituit. 5. in ordine Bullarii S. Pii V. dicitque communem esse sententiam, quod mercatus fieri non possit diebus festis, sed sit transferendus in antecedentem, vel subsequentem diem, si festum incidit: Ac huc regulae inhaerens ipsamet facultatem concessit die 9. Maii 1742. Viro nobili Ferrariensi habentem mercatum in suo rure qualibet feria quinta, dummodo in illa non incidit festum de praepcepto, quo casu mercatus transfertur in feriam quartam. Qua de re omnem dubitandi ansam praecedens, mandat Episcopis omnibus temporalis suae ditionis, ne in dioecesium suarum urbibus, & locis mercatus fieri festis diebus patiantur.

87 De Nundinis autem inter alia haec ad litteram habet. "Inter nundinas, quae in provinciis nostris aguntur, illustriores, ut bene noscitis, sunt Senogallenses protractae multis diebus: cum Anconitanam ecclesiam Senogalliensi finitimum regeremus, non sine maerore intelleximus, tempore nundinarum ea omnia fieri festo etiam die, quae aliis hebdomadae diebus divino cultui non consecratis peregebantur; Hinc malo occurrere satagentes, die 24. Augusti superioris anni constitutionem nostram de Nundinis Senogallensibus publicavimus, qua praeter cetera jussimus, ut diebus festis apothecae clauderentur, neque matutinis horis, aut vespertino tempore, quibus divina

officia in ecclesiis celebrantur, vel Dei Verbum populo annuntiarum contractus ferent. Imminutum vero hac de causa secularibus negotiis tempus compensatur, nundinarum dies cum iisdem privilegiis, & immunitatibus opportune multiplicavimus: Executioni debite jussa Nostra hoc anno mandata, meliorem, atque utiliorem rerum ordinem pepererunt, magno omnium civium, & bene moratorum hominum solatio.

"Idipsum, Venerabiles Fratres, & Vos agite. Consuetudine auctoritate nostra matutinas, & vespertinas horas, quibus festo die quo nundinae habentur, claudere debeant apothecae, nec publica possint exerceri commercia, ut qui ad nundinas confluerint missae sacrificio, & divinis officiis intersint, aliisque christianis operibus festum sanctificent. Vigilate, ut pleene, & exacte impleantur. Nos autem per publicum edictum non praetermittimus extendere nundinarum privilegia ad diem sequentem, qui festus non erit, ut temporalia negotia paucorum horarum spatio propter Dei cultum, & animarum salutem intermissa, integri diei accessione commode peragantur.

"Hae sunt, Venerabiles Fratres, quae post maturum examen, additamque gravium, atque doctorum Virorum sententiam de proposita questione, Vobis significandam censuimus, quibus omnibus apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

"Datum Romae apud S. M. M. die quinta Novembris 1745. Pontificatus Nostri anno sexto."

Regulares tenent inter festa de praepcepto observare festum sui Sancti Fundatoris, tam quoad forum, quam quoad chorum, colligitur ex concessione facta Ordini S. Benedicti a Benedicto XIII. die 23. Januarii 1728. omnibus utriusque sexus sub regula ipsius Sancti militantibus indulgendo, quod quoties festum Sancti Benedicti incidit in aliquam diem majoris hebdomadae, transferatur tamquam ad diem propriam ad feriam tertiam post Dominicam in Albis, ut in celebratione festi, & officii Sancti Patriarchae omnes monachi, & moniales ejusdem regulam profertent uniformiter conveniant; sunt haec verba Indulti, ubi, ut vides, cum festum, & officium distinctum ponatur, videntur importare diversa, adeoque festivitatem quoad forum per festum, & horas canonicas quoad chorum per officium, qualem decreti sensum facit Doctissimus P. Merati dum in Indice decretorum ad Breviarium spectantium num. 350. haec notat verba: Festum S. Benedicti quoties incidit in aliquam diem majoris hebdomadae ab omnibus utriusque sexus sub regula Sancti Benedicti militantibus transferendum est tam quoad forum, quam quoad chorum, ut dictum est in allegato decreto supra in Indice n. 270. emanato die 23. Januarii 1727. sub quo num. 270. sequens affert decretum: Festum Sancti Benedicti, quod habet annexum forum, incidens in aliquam diem majoris hebdomadae, transferatur ad feriam tertiam post Dominicam in Albis tamquam diem propriam, translatio quocumque alio officio, etiam aequalis ritus in eo occurrente, Sacri Rituum Congregat. 6. Septembris 1727. in Fulden. Idem antea statuerat per omnibus monachis, & monialibus Ord. S. Benedicti Benedictus Papa XIII. die 23. Januar. 1727. Haec ibi.

Ejusdem opinionis est Gijetus, qui lib. 1. cap. 14. quest. 2. 3. & 4. lib. 2. cap. 19. quest. 3. vult festum S. Fundatoris debere esse de praepcepto etiam quoad forum, cum in regione a se fundata instar patroni principalis loci habeatur. Nec id repugnare videtur constitutioni Urbani VIII. incip. Universa §. 2. quum ibi statuat, inter festa de praepcepto observanda etiam esse festum principalis patroni cuiuscumque civitatis, oppidi, vel pagi. Tum quia in concurrentia Fundatoris, seu Patroni Religionis, & Patroni principalis loci, Regulares praerent ad patronum loci, solemnizant festum sui Fundatoris ex variis decretis Sacrae Rit. Congregationis, & signanter in Senogallien. 22. Januarii 1689. in una Urbis, & Orbis, 2. Julii 1704. in Burgen. 25. Julii 1736. & in Mechlinen. 10. Februarii 1737. relatis a Merati in Indice decretorum ad Breviarium spectantium; & a P. Ca-

Cavalieri tom. 1. part. 2. cap. 26. de occurrentia, seu translatione festorum; Unde si Regulares tenentur ad festivandum etiam quoad forum festum sui Fundatoris, a fortiori tenebuntur ad festum sui S. Fundatoris, per triam Regulam, Si id de quo minus videtur inesse, & inest, igitur & de quo magis, & Authentice. Multo magis, Cod. de sacrosanctis eocl. Accedit inveterata consuetudo apud Regulares celebrandi vigiliam etiam cum officio, & jejunio, & solemnizandi praer omnibus tamquam de praepcepto festum sui respectivi S. Fundatoris, quae consuetudo est optima legum interpres, cap. Cum dilectus 8. de consuetud. leg. Si de interpretatione 37. ff. de legibus. Quamvis alioquin eruditissimus P. Cavalieri loc. citat. cap. 13. num. 2. in fine, reputet festum Fundatoris religionis feriationem non importare, sed solemnizantem.

90 In veteri lege celebrabantur, & adhuc celebrantur in dies ab Hebraeis, ultra sabbatum qualibet hebdomada in memoriam creationis mundi, quolibet anno septem aliae peculiare festivitates, nempe Pascha, Pentecostes, Scenopegia, Encenia, Neomenia, Expiatio, & Collecta.

91 Prima igitur solemnitas erat Pascha, in qua Agnus immolabatur, & interdicitur fermento, solis azymis panibus vesti licebat; Haec solemnitas septem diebus celebratur primo mense Hebraeorum Nisan nostro Martio in plenilunio correspondente, Deo sic praecipiente in gratiarum actionem liberationis Israelitici populi ab Aegypto, & servitute Pharaonis, uti habetur Levitici cap. 23. num. 6. ibi: Quintadecima die mensis hujus solemnitas Azymorum Domini est, septemque diebus Azyma comedatis. Dies primus erit vobis celeberrimus, & sanctus; omne opus servile non facietis in eo.

92 Secunda erat festivitas Pentecostes hebraice nuncupata etiam Sabaoth, id est festivitas post septem hebdomadas solemnizata 50. diebus post pascha, mense Sivan, nostro Majo correspondente, in memoriam legis a Deo traditae Moysi in duabus lapideis tabulis, Levitici cap. 23. num. 16. imperata his verbis: Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum, omnes opus servile non facietis in eo.

93 Tertia erat Scenopegia, id est festus Tabernaculorum, vulgo Frascate, & hebraice Sobot solemnizata septem diebus mense Thirsi correspondente nostro Septembris, ad commemorandum beneficium divinae protectionis, & deductionis per desertum, ubi sub tentoriis, seu tabernaculis ipsi hebraei habitaverunt pasti manna eis de caelo praestita; & haec festivitas habetur praepcepta Levitici cap. 23. num. 34. ibi: A quindecimo die mensis erunt feriae tabernaculorum septem diebus Domino.

94 In his tribus assignatis solemnitatibus tenebantur hebraei quotannis hierosolymitanum templum invisere juxta praepceptum eis impositum Deuteronomii cap. 16. ibi: Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei in loco, quem elegerit, in solemnitate Azymorum, & in solemnitate Hebdomadarum, & in solemnitate Tabernaculorum.

95 Quarta erat festivitas Enceniorum, id est novae purificationis, seu dedicationis Templi, & celebrabatur per dies octo mense Casieu correspondente nostro Novembris, in memoriam novae dedicationis Templi factae sub Juda Machabeo juxta id, quod habetur 1. Machabeor. cap. 4. num. 59. ibi: Et statuit Judas, & Fratres ejus, & universa Israel, ut agatur dies dedicationis Altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo a quinta, & vigesima die mensis Casieu cum letitia, & gaudio.

96 Quinta erat Neomenia, id est novilunium, quae festivitas dicta Tubarum celebrabatur prima die mensis septimi, id est Septembris, in memoriam liberationis Isaac, quando Abraham invenit arietem haerentem cornibus, quem representabant per cornua, quibus buccinabant: Haecque festivitas erat eis indicta Levitici cap. 23. n. 24. ibi: Locuturus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel; mense septimo prima die mensis, erit vobis Sabbatum memoriae, clangentibus tubis, & vocabitur

sanctum; omne opus servile non facietis in eo. Sexta erat solemnitas Expiationis nuncupata a Judaeis Jomhi phurim, ac celebrabatur decima die mensis septimi, id est Septembris, in memoriam illius beneficii, quo Deus ad praesens Moysi propitiatus est peccato Idolatriae populi de adoratione vituli in deserto, & tenebantur tali die ad strictum jejunium in signum veridicae poenitentiae juxta praepceptum eis impositum Levitici cap. 23. num. 27. ibi: Decimo die mensis hujus septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino, Omne opus servile non facietis in tempore diei hujus.

Septima erat festivitas Collecta, seu Castus celebrata die 22. mensis septimi, id est Septembris, in octava solemnitatis Tabernaculorum, ut sicut illa erat in memoriam divinae protectionis, & deductionis per desertum, sic haec ultima in ejus octava commemoraret singulare divinum beneficium, quo omnes in unum collecti, & unitim introducti fuerant in terram promissionis; & haec Festivitas legitur eis indicta Levitici cap. 23. num. 36. ibi: Dies quoque octava erit celeberrimus, atque sanctissimus; & offeretis holocaustum Domino, est enim castus, atque collecta; omne opus servile non facietis in eo.

Extincta veteri lege una cum dictis suis festivitatibus, Sancta Mater Ecclesia nova Domini Sponsa in nova lege usque in mundi finem perseveratura, afflata Sancto Spiritu, alias celebrandas solemnitates substituit, uberius ac vivius figuras, ac mysteria in illis contenta exprimentes. Sabbati igitur loco substituta est sanctificatio Dominicae, quae est prima dies a Deo creata, in qua manna primum Deus pluere fecit in deserto, in qua Christus resurrexit, in qua Spiritus Sanctus in Apostolos descendit, ex Concilio Palestino celebrato sub Victore II.

Paschati Azymorum successit Pascha Resurrectionis pro stabilienda puritate, & sinceritate vite fidelium in evitanda malitia, & peccati fermento, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. cap. 5. num. 7. & 8. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur non in fermento malitiae, & nequitiae, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Ipse enim resurrexit propter sanctificationem nostram: ad Rom. cap. 4. num. 25.

Festivitas Pentecostes Hebraeorum pro lege a Deo data Moysi in duabus lapideis tabulis respondet nostra solemnitas Pentecostes, in qua Spiritus Sanctus in igneis linguis supra Apostolos, & Discipulos descendit, imprimens in eorum cordibus legem charitatis in his duobus praepceptis restrictam; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo... & proximum tuum sicut te ipsum; In his duobus mandatis universa lex pendet, & Propheta, Matth. cap. 22. num. 37. & seq.

Festivitas Scenopegiae, seu Tabernaculorum pro manna comesta ab Hebraeis in deserto, respondet solemnitas Sanctissimi Sacramenti Eucharistiae, quae vera caelestis manna summa Dei clementia ad spiritualem, & perpetuam vitam animabus nostris elargita; Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt... Ego sum panis vivus, qui de caelo descendit, si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Joann. cap. 6. num. 49. & seq.

Pro festivitate Enceniorum, seu nova dedicatione, & restauratione Templi indictae sunt dedicationes, & consecrationes ecclesiarum, & solemnitates Beatae Mariae Virginis, quae est Templum Domini, Sacrarum Spiritus Sancti, ut canit ecclesia in officio ejusdem Presentationis 21. Novembris, Antiphona ad Magnificat in 1. Vesper.

Neomeniae, seu festivitati tubarum successit solemnitas Apostolorum, quae sunt tubae Spiritus Sancti, & annuntiatores Christi mystici Isaac per universum orbem, In omnem terram extitit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Psalm. 18. num. 5. Enter in mundum uniuersum, praedicate evangelium omni creaturae. Marc. cap. 1. num. 15.

Festivitati Expiationis Idolatriae commissae in adora-

ratione vituli atri in deserto, subingressæ sunt solemnitates Sanctorum Martyrum, qui tradiderunt corpora sua in mortem, ne servirent Idolis, ut canit Ecclesia in 2. Antiph. tertii Nocturni eorum Officii.

108 Tandem Collectæ Hebræorum pro ingressu in terram promissionis, correspondent festiuitates omnium Sanctorum, Confessorum, Virginum, & non Virginum, suis pro meritis ad celestem patriam veram promissionis terram euektorum: Quorum cuilibet dictum est à Domino: *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Matth. cap. 15. num. 21. Et omnes à nobis sic suppliciter deprecantur: *Quicumque in alia ceterum regnatis aula principis, fauete votis supplicum, qui dona celi flagitant; Ecclesia in hymno ad laudes festi omnium Sanctorum.* Sic D. Thomas in Summ. 1. 2. q. 102. art. 4. ad decimum. Clericus in suis spiciis Italica impressis, verb. *Encenia per tot.* & alii.

109 PRO SANCTIFICATIONE FESTORUM iuvat hic adducere varia loca, & motiva Sacræ Scripturæ. Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus ut faceret; Genes. cap. 2. num. 3.

Requies Sabbati sanctificata est Domino; Exod. cap. 16. num. 23.

101 Sex diebus colligitis manna, in die autem septimo sabbatum est Domini, idcirco non inuenitur; Exod. 18. num. 26.

Videte, ut sabbatum custodiatis, quia signum est inter me, & vos in generationibus vestris; Exod. c. 31. num. 13.

Custodite sabbatum meum, sanctum est enim vobis; Qui polluerit illud, morte morietur; qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui... Omnis, qui fecerit opus in hac die, morietur; Exod. cap. 31. num. 14. 15.

101 Custodiant filii Israel sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis; pactum est sempiternum inter me, & filios Israel, signumque perpetuum; Exod. c. 31. num. 16.

Septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, & requies Domini; Qui fecerit opus in eo, occidetur; Exod. cap. 35. num. 2.

Custodite sabbata mea... dabo vobis pluuia temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur; Levit. cap. 16. num. 2. & 4.

Filii Israel inuenientes hominem in solitudine colligent ligna in die sabbati, iussu Dei, eum interfecerunt; Num. cap. 15. num. 33. ad 36.

Dies septimus celeberrimus, & sanctus erit vobis: Omne opus seruire non facietis in eo; Num. c. 28. n. 15.

101 Observa diem sabbati, ut sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, Deut. cap. 5. n. 12.

Memento, quod & ipse serueris in Ægypto, & eduxerit te inde Deus tuus in manu forti, & brachio extento, idcirco præcepit tibi, ut observares diem sabbati; Deuteron. cap. 5. num. 15.

Quæ est hæc res mala, quam facitis, & prophantis diem sabbati? Numquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super civitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel violando sabbatum; 2. Esdræ cap. 13. num. 17. 18.

101 Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cæcus vestri; kalendas vestras, & solemnitates vestras odit anima mea, facta sunt mihi molestia, laboravi sustinens; Is. cap. 1. num. 13. 14.

101 Beatus vir... custodiens sabbatum, ne polluat illud custodiens manus suas, ne faciat omne opus malum; Is. cap. 56. num. 2.

101 Qui custodierint sabbata mea... dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & à filiabus; nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit; Is. cap. 55. num. 4. 5.

101 Nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Jerusalem, & nolite eiecere onera domibus vestris in die sabbati, & omne opus non facietis; Sanc-

tificate diem sabbati, Jerem. cap. 17. num. 21. 22. Sabbata mea violauerunt vehementer, dixi ergo, ut effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos; Ezechiel. cap. 20. num. 13. Odi, & propeji festiuitates vestras, & non capiam odorem cæturum vestrorum; Amos cap. 5. num. 21.

Judei, qui per necessitatem Nicanorem sequebantur, eum increpabant, quod in sabbato vellet committere prælium. Ne ita ferociter, inquebant, & barbare feceris, ut honorem tribue diei Sanctificationis, & post pauca; Est Dominus in caelis, qui iussit agi septimam diem, 2. Mach. cap. 15. num. 2 & 4.

Hic ad eruditionem minus peritorum addere lubet, quæ de Sancto Bobone, seu Bobo confessore, ac ejus festo traduntur.

Bobo, seu Bobus, vulgo S. Bovi, Nugherii, vulgo Noghieri in Gallia Narbonensi ex nobilissimis, opulentissimis, ac christianissimis parentibus, patre scilicet Adelredo, & Matre Olinda natus, licet militarem vitam patrem imitatus ageret, virtutibus tamen christianis magis ac magis in dies emicabat. Factus grandior regionem ab irruentibus hostibus ex Hispania (quo tempore, illa occupata, Mauri, seu Saraceni vicina Gallia loca excurrentes populabantur) tuebatur. Cum vero Fraxinetum insulam continenti, in quo Bobo arcem loco ditiore habebat, proximam occupasset, finitimosque populos assiduis excursionibus, & depraedationibus vexarent, arcemque Bobonis demoliri niterentur, is Beatissimis Apostolis Petro, & Paulo vocat, se depositis armis, orphanorum, & viduarum curam suscepturum, semelque quouis anno per totum vitæ suæ spatium ipsorum limina deinceps petiturum, si deuictis hostibus victoriam reportasset. Quare cum illi per visum eum bono, ac fidenti animo esse iussissent, non modo arcem in illam cum paucis per medios hostes ingressus defendit, sed etiam illos ab insula depulit; Nam cum Rex illius Præfecti conijuge per vim potitus esset, Præfectus injuriam ulturus Bobonem clam in insulam cum petitibus, & equitibus admittit, qui plurimos ex hostibus repente eos adortus occisis, Regi, & aliis ad nostram veram fidem conuersis parcens, insula penitus deuyata, regionem omnem finitimum omnino ab hostium metu liberavit.

Exinde vita fratris sui occisori, Dei pro amore concessa, quod vovit fideliter adimplens, orphanorum, & viduarum cura suscepta, ac singulis patriam limina Apostolorum petens, hoc in itinere Roma in patriam rediens tandem gravi morbo correptus, animam Deo reddidit circa annum 986. die 22. Maii apud Viqueriam, seu Vichariam, aut potius, ut antiquis placuit, Vicum Iria, quod Derthonensis diocesis inter ipsam Derthonam, & Papiam, ad fluvium Stafforum oppidum est præclarum, nobile, & opulentum, ibique sepultus est, & si quod pecus, vel armentum transisset super ejus tumulum, illico corruens moriebatur, donec locus elatis lignis septus est, deindeque ad ipsius honorem fuit constructum monasterium Ordinis Benedictini cum ecclesia illi sacra, postea prope viam, quæ magistra dicitur in capite Suburbii S. Petro dicati, distante viginti circiter passus ab ecclesia nova eidem S. Boboni, seu Bovo etiam sacra cum conventu PP. Cappucinorum.

In ecclesia collegiata S. Laurentii dicti præclari oppidii quiescit corpus ipsius S. Bobonis, qui aliter Bobus, vulgo S. Bobo appellatur, & ut Protector principalis, & Advocatus tam Cleri, quam oppidi, & Territorii Viquerlensis dicta die 22. Maii solenni veneratione colitur, atque in officio quotidiano, dum suffragia Sanctorum recitantur, ejus commemoratio celebratur: Ibi que, & alibi variis claruit, & in dies claret miraculis, ut videre est in ejus Legenda, quæ extrat Viqueriam in peruetusto Legenario de Vitis Sanctorum, quo utebantur Canonici Collegiati S. Laurentii in recitandis lectionibus ad Matutinum in festiuitatibus Sanctorum, & apud eruditissimos Bollandianos ad diem 22. Maii, doctissimum Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiae, & in Catalogo Sanctorum qui in martyrologio Romano non sunt, & apud alios, ex quibus sunt hæc nostra collecta.

Quam-

113 Quamvis tamen non omnes conveniant quoad diem sui decessus, & festiuitatis, aliis, inter quos dictus Ferrarius loco citato, assignantibus ad diem 23. Maii, aliis ad diem 25. ejusdem Maii, ut Veronæ colit asserit idem Ferrarius, aliis ad diem 22. ut rectius ex multis dicti Bollandiani loc. cit. insuper referentes, quod in Mistali Mediolanensis ecclesie anni 1522. & in Breuiario ejusdem ecclesie anni 1539. & 1560. secundum institutionem S. Ambrosii in Calendario præfixo ista leguntur: XI. Kalendas Junii S. Bovi Confessoris, qui & Bovu appellatur Laudæ Pompeje, & Viqueriz & passim alibi, tum in officio, tum missa de Comuni Confessoris non Pontificis primo loco; Et quamvis discrepent Scriptores quoad locum, in quo ipsius Sancti corpus quiescat, aliis volentibus, ut supra, ipsum quiescere Viqueriz, aliis autem Papiæ. Qui tamen facillime conciliari possunt, si asseratur, primitus fuisse quidem sepultum Viqueriz, & ibidem per multum temporis quiesuisse, ubi adhuc in præsentiarum existit maximo cultu venerata insignis ejus reliquia in ecclesia præclarissimorum Patrum Cappuciorum ipsi Sancto sacra; & ob ingentium bellorum pericula, & hostiles incursiones Papiam translaturam, ac multis evolutis annis fuisse ibidem in ecclesia S. Apollinaris repositum in arca lapidea die 6. Februarii, cum ejusmodi inscriptione: *Hic requiescit corpus S. Bobonis*; multis luminibus statim in ea Basilica, ac Stella supra tectum visis, ut ex aliis tradit dictus eruditissimus Ferrarius loc. citat. in fine.

114 Viqueriz autem nihilominus recitantur sequentes orationes mihi illic fideliter transmissæ, prout reperitur conscriptæ in Breuiariis præclarissimorum Patrum Cappuciorum in eodem peralissimopido degenitum, ac in ecclesia eidem Sancto Sacra pie devoteque ipsum colentium, una cum pia ipsius Sancti Imagine impressa, & inscriptione adjecta.

ORATIO

S. Bovi Confessoris die 22. Maii.

Propitiare nobis, quesumus Domine, famulis tuis per hoc Sancti Gloriosi Confessoris Bovi, qui in præsentibus requiescit ecclesia, merita gloriosa, ut ejus pia intercessione ab omnibus temper protegamur adversis. Per Dominum &c.

ALIA ORATIO EJUSDEM.

Deus, qui in præclara Sancti Bovi Confessoris tui inventionis præfulgidam de caelis stellam visibiliter radiare fecisti, ut ipsum in S. Apollinaris ecclesia vere requiescere demonstrares: Concede propitius, ut quod à te suppliciter petimus, ejus pia nobis intercessione donetur. Per Dominum &c.

Inscriptio vero supradictæ ipsius Sancti Imagini adjecta, hæc est.

Imaginem di S. Bovo Confessore, e Protettore dell' Insigne Luogo di Voghera, e difensore degli Armeni, una Reliquia del quale è con ogni riverenza collocata nella Chiesa de' Padri Cappuccini del detto Luogo, quale divotamente viene da' Popoli adorata, e tale Imaginem è dedicata alla gloria di Dio, ed al merito dello stesso Santo, che ci preservi li bestiami, ed armenti, e ci difenda da ogni male.

Can. Graminea scul. Super. lic. 1717.

115 *Festi dies in pietatis operibus, non in negotiis secularibus sunt transigendi. Benedictus XIV. tom. 1. constituit. 144. incip. Ab eo tempore §. 17. Festi dies non sunt omnes æque solennes. Idem ibid. §. 8. Festorum dierum observantia arctiori præcepto fuit in lege veteri iuncta, quam nunc in ecclesiasticis legibus; Idem ibid. §. 19. Festis diebus prohibentur mercatus rerum venalium. Nundine vero tolerantur sub certis conditionibus, nempe ut ipsis diebus festis tempore nun-

dinarum occurrentibus apothecæ clandestinæ, & Religionis, ac pietati opera detur; Idem ibid. & consit. 105. incipit. Paternæ charitatis; in qua, ut in Civitate Senogalliensis tempore nundinarum diebus festis de præcepto à servilibus operibus abstinetur, prorogatur tempus ad dictas nundinas per alios quinque dies peragendos.

In diocesi, ubi adest consuetudo exercendi artem barbitonsoriam, etiam die festo, permitti potest; sed tantummodo definitis diebus, non vero omnibus; Benedict. XIV. Institut. eccl. 43. per 101. Opus est tamen servile, nec nisi ex consuetudine tolerandum; Ibid. §. 2.

Opera servilia diebus festis prohibentur, ne ruralibus quidem exceptis; conceduntur tamen, si urgeat vera & non affectata necessitas. Affectata vero illa diceretur, in qua opera, quæ diebus præcedentibus fieri possent, ad diem festum transferrentur. Petenda est tamen à superiore facultas, si insurgat necessitas. Hanc vero facultatem dare solet Episcopus parochis ruralibus in ordine ad opera agrestia, qualia se habent oneratio plaustrorum, collectio frugum, & fructuum, herbam secare, colligere fenum, quando periculum imminet vere tempestatis, vel quando die sequenti transferenda sunt in civitatem, nec posset commode id differri. Institut. eccl. 55. §. 33. & seqq.

Molitores non possunt molitioni incumbere, etiamsi molendinum aqua, vel vento, seu jumentis volvatur; non possunt, inquam, seclusa consuetudine, vel necessitate; quæ necessitas si adsit, in diocesi Bononiensi facultas non à Parocho, sed ab Archiepiscopo conceditur; Ibid. §. 37.

Piscatio inter opera servilia, die festo vetita, & referenda est si tamen necessitas urgeat piscandi, eo quod statis diebus fiat transitus piscium, quo elapso temporis articulo piscatio eorum nulla fiet; tunc pauperioribus piscatoribus datum est ut operi illi incumbere possint, dummodo id non præstent die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, juxta ac olim concessum fuit Trevisensibus ab Alexandro III. de synodo diocess. lib. 13. cap. 18. §. 10. nov. edit.*

Festi dies in ecclesiis non parochialibus ita sunt celebrandi, ut non avertatur populus ab ecclesia parochiali; Idem constituit. 24. incip. Et si minime §. 15. Festi dies Ecclesie Latine observari debent à Grecis de gentibus in Italia, & insulis adjacentibus. Idem constit. 57. incip. Etsi Pastoralis §. 9. Festorum dierum distributio per annum juxta Calendarium Gregorianum ab Italo Grecis est servanda. Idem Ibid.

Festorum dierum immunitio communiter expetita, absque Episcoporum consensu, à Pontifice declaratur non statuenda. Idem in cit. constituit. Ab eo tempore §. 15. Festorum dierum restrictio conceditur pro nonnullis diocesis Hispaniæ. Idem constituit. 62. incip. Cum sicut: Festorum dierum restrictio conceditur pro diocesi Nicensi cum conditionibus opportunis adhuc in ipsis Sacrum audiendi. Idem constituitio 128. incip. Inter sollicitas: Festi dies astivis mensibus occurrentes infra hebdomadas, ad dies Dominicos transferuntur pro nonnullis locis regni Poloniæ ob agriculturæ necessitatem. Idem constituit. 138. incip. Nuper: Excepto festo Assumptionis B. M. V. Idem ibid. Et nihil immutato quoad ordinem divinorum officiorum. Idem ibid.

Festorum dierum immunitio ab Urbano VIII. olim facta assignatur à Benedicto XIV. tom. 2. constituit. 63. incip. Non multi mensa. Nova eorundem immunitio à multis Episcopis, aliisque gravibus viris operatur. Idem ibid. Pontifex nihil decreturus sine consilio, rationes in utramque partem colligit, & varios illius exequende modos demonstrat in peculiari dissertatione, quæ per ecclesiam fuit transmissa. Idem ibid. Acceptis quadraginta diversi Ordinis Consultorum sententiis, ex consensione majoris partis generaliter præcipere statuit, sed peculiarem Episcoporum instantiam expectare; Idem ibid.

Modum vero illum sibi servandum proponit quæ Tarraconensis Concilii Patres excogitarunt, ipsique peccantibus Benedictus XIII. approbavit; Ut scilicet firmum

- num remaneat præceptum audiendi missam; sed liceat in aliquibus operis servilia exercere. Idem *ibid.*
- 137 Dissensiones inter doctos viros diversa sententia exortæ cum in ecclesiastica pacis perturbationem vergerent, à Pontifice sedantur, interdicta scriptorum quorumcumque publicatione super hujusmodi reductionis negotio sub gravissimis penis, ac censuris Papæ reservatis, ne quis imposterum typis imprimere, seu aliter in lucem edere, in quibus de imminutione dierum festorum de præcepto, sive contra eam agatur. Idem *ibid.*
- 138 Restorum aliquot dierum observantia in regno Sicilia citrà Pharam, & in diocesis Messanensi, & Paternitana reductur juxta methodum supra expositam.
- 139 Idem tom. 2. constit. 65. *incip.* Cum sicut quadam: Festis diebus personati incidere fideles in universa ditione ecclesiastica prohibentur. Idem constit. 45. *incip.* Inter cetera. Item circumforanei saltatores, scurriones & hujusmodi saltem matutinis horis, & ante expleta officia vespertina populum detinere vetantur. Idem *ibid.*
- 140 Hic juvat adducere catalogum italico idiomate impressum de Vescovi, & diocesi, che sinora, cioè sino all' anno 1748. hanno ricercata, ed eseguita la facoltà di sminuire se feste di precepto, quanto sia per potere attendere alle opere servili.

Nei Regni delle Spagne.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Ceuta. | Di Mondognedo.
Di Siviglia. | Di Malaga.

Per istanze fatte dal suo Re Cattolico

FILIPPO V.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Vaghadolid. | Di Calahorra.
Di Salamanca. | Di Olivares.
Di Jaen.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Compostella. | Di Tuy.
Di Plasenzia.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Guadix. | Di Balbastro.
Di Huesca. | Di Tarazona.
Di Tervel.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Saragozza. | Di Oviedo.
Di Pamplona. | Di Tudella, e Villa de Fitero
Di Albarazin. | Nullius.
Di Jacca.

LA CITTA' E DIOCESI

Di Cadice.

Alcune Università della Diocesi de Badajoz.

IN FIANDRA.

LA CITTA' E DIOCESI

D' Ipri.

IN SARDEGNA.

LA CITTA' E DIOCESI

Di Cagliari.

IN POLONIA.

LE CITTA' E DIOCESI
Di Cracovia. | Di Posnania.
Di Vilna. | Di Uladislavia.

IN GERMANIA.

LE CITTA' E DIOCESI
Di Liegi. | Di Basilea.

IN SICILIA.

LE CITTA' E DIOCESI
Di Siracusa. | Di Girgenti.
Di Patri. | Di Cefala.

NELLO STATO ECCLESIASTICO.

LE CITTA' E DIOCESI
Di Fermo. | Di Ferentino.
D' Ascoli. | Di Sezza.
Di Montalto. | Di Terracina.
Di Ripa Transona. | Di Piperno.

IN TOSCANA.

LE CITTA' E DIOCESI
De Pienza. | Di Chiusi.
Di Massa de Siena. | Di Grosseto.
Di Montalcino. | Di Soana.

NEL CONTADO DI NIZZA.

LA CITTA' E DIOCESI
Di Nizza.

Sic expresse in fine Libri *Raccolta di Scritture*, sub dat. Luca 1749.

Quatuor potissimum hic sunt discutienda: I. Quis possit incidere dies festos? II. Quid importet observatio dierum festorum? III. Quis possit dispensare super observantia dierum festorum? IV. Quis animadvertere possit in violatores dierum festorum?

Ad primum quod attinet, potestati seculari jus haud est indicendi hos de quibus agimus dies festos; Canon. *discr.* 208. num. 25. Cortiad. *deci.* 171. num. 8. & *seq.* Jus hoc est Summi Pontificis in toto orbe, & Episcopi in sua diocesi. Non ignoro quod sunt, qui autumant, Episcopum post constitutionem Urbani VIII haud posse amplius dies festos indicere; Canon. *discr.* 208. num. 36. Ventriglia in *prax. jur. eccles.* p. 1. adnot. 61. §. 1. num. 3. Sed posse alii, & quidem rectius sentiunt: quum (ut ait Romaguer. ad *Synodal. Gerundem.* lib. 2. tit. 1. cap. 1. num. 11.) textualiter in ea solum legatur admonitio facta Episcopis, ut se abstinant publicare novas festivitates ultra in *dict.* constitutione præscriptas, non autem clausula aliqua facultatem eis de jure communi competentem abdicant. Confer etiam Gonzali in *cap. final.* num. 17. de *Feris.*

Debet vero Episcopus dies festos indicere, cum consensu Cleri. An item adhibere debeat consensum populi, controversia est. Adhibere atque debere de jure vigore mox *dicti cap. final. de feris*, nequaquam vero de consuetudine, quæ jus in hac parte abrogavit, tenent Romaguer. ubi supra num. 21. Bagnan. *cit. cap. final.* num. 31. & sequenti. de *feris*, Zyepus innot. *jur. pontific.* tit. de *feris* num. 3. Cortiad. *discr.* 171. num. 16.

Hinc autem patet quid sentiendum sit de propositione illa generali ab *Auctore* num. 10. his verbis firmata: *Festa de præcepto servanda institui non possunt inobis*

- populo. Si enim intellexit *Auctor* de diebus festis indicendis à Summo Pontifice, manifestè erravit, quum Summus Pontifex adhibere haud teneatur consensum populi. Sin autem de diebus festis intellexit ab Episcopo indicendis, improbari nequit, quum sint & hodie qui sentiant, teneri Episcopum adhibere consensum populi.
- 8 Tametsi autem poterat secularis incidere haud valeat dies festos, potest tamen dies festos à Summo Pontifice, vel Episcopo indicendis munire adjectione penæ. Bagnan. in *c. Conquestus* n. 72. de *feris*, Pignatell. *consult.* Canon. 1. 1. *consult.* 8. n. 2. Bellet *disquisit. Clerical.* tit. de *favor. Cleric.* real. §. 5. d. n. 101. Barbos. de *Offic. & potestat. Episcop.* alleg. 105. n. 42. (Lir. A. p. 140. n. 53.)
- 9 Quoad concernit secundum, duo observatio festorum importat præcepta, alterum affirmativum audiendi missam; negativum alterum cessandi ab operibus servilibus. Plures circa utrumque hoc præceptum occurrunt questiones. De piscatione præsertim disputatur, an ea veniat sub præcepto negativo? Vide si lubet Romaguer. ad *Synod. Gerund.* lib. 2. tit. 1. cap. 5. per tot.
- 11 Quoad tertium, solius Superioris ecclesiastici est dispensare super observantia dierum festorum. Potestati seculari minime est jus hoc; Pignat. *cons. canon.* tom. 1. *cons.* 8. num. 3. Pilsa *deci.* canon. 1. 1. *deci.* 7. num. 98. An autem dicta dispensatio gratis, & quibus in casibus concedi debeat, tradant Capon. *discept.* 211. & Rarus *discept.* 211. utrobique *fer. per tot.* Barbos. de *Paroch.* cap. 10. per tot.

- 12 Quoad quartum, solius Superioris ecclesiastici est dispensare super observantia dierum festorum. Potestati seculari minime est jus hoc; Pignat. *cons. canon.* tom. 1. *cons.* 8. num. 3. Pilsa *deci.* canon. 1. 1. *deci.* 7. num. 98. An autem dicta dispensatio gratis, & quibus in casibus concedi debeat, tradant Capon. *discept.* 211. & Rarus *discept.* 211. utrobique *fer. per tot.* Barbos. de *Paroch.* cap. 10. per tot.
- 13 Restat ut de quarto, & ultimo disseratur. Porro separandi sunt ii, qui ratione personæ subjecti sunt Episcopo, nam hos punire non potest nisi ipse Episcopus ob violationem dierum festorum. Quoad vero ceteros, locum esse præventioni inter Judicem ecclesiasticum, aut secularem post constitutionem S. Pii V. tenent Carpon. *discept.* 208. num. 27. Tondut. de *Prævent.* part. 2. cap. 29. num. 38. & *seq.* Nicol. *lucubr. canon.* l. 2. tit. 6. num. 6. Romaguer. ad *Syn. Gerund.* l. 2. tit. 1. c. 1. num. 21. qui num. 22. subdit: "Non tamen si ab Episcopo, aut alio ad quem spectat, verbo, aut scriptis indata licentia laborandi in talibus diebus, nam tali casu non possunt potestates seculares eos punire, etiamsi non exhibeantur tales licentia."
- 16 Verum si violatio versetur circa præceptum non negativum, sed affirmativum, congruentius videtur, ut procedat unus Judex ecclesiasticus, non item Judex secularis. Confer Rousseaud de la Combe in *sua Jurisprudentia canonica* verb. *Festi dies* num. 3.

(Per proæmium *tit. 23. part. 1.* tres denotantur cause, quare venerandi, & Sancti colendi: in *leg. 1.* tripliciter festum consideratur, scilicet quod fit in Dei, & Sanctorum honorem, atque venerationem jussu Summi Pontificis, aut in sua diocesi Episcopi, Cleri ac populi: aliud Principis mandato, tertiumque ob communem utilitatem; in *leg. 2.* quibus operationibus homines diebus propter honorem Dei, & Sanctorum feriatis se mancipare debent: ab omni opere servili, strepitumque judiciali sunt retrahendi: in omnibus actionibus cultum divinum, atque spiritualia exercitia præferrent: secus se gerentes, & horum festorum observantiam contemneutes, si per Prælatos admoniti non respiciant, usquequo emendentur, excommunicantur. Repete *add. bisp. sup. adnotat. verb. Melita.*

Leges 34. 35. 36. 37. & 38. tit. 2. part. 3. recognoscunt si fuerint, dies festi in Dei, & Sanctorum venerationem juxta tempus in quo eadem leges sunt condite, in prima præhincuntur videlicet *Nativitas Domini cum sequentibus septem diebus, dies Resurrectionis, & qui septimo numero vel præcedunt, vel sequuntur, Pentecostes cum tribus posterioribus, Epiphania, Ascensionis, quatuorque festivitates Sanctissimæ virginis Mariæ, Apostolorum, D. Joannis Baptistæ, & Dominicales*: nullus strepitus judicialis permitti debet, quippe quidquid factum, partes etsi consentiant, nullius momenti æstimatur. Discrimen inter *idem*, & *leg. unic. tit. 5. lib. 2. For. Reg.* stat in eo, quod dicitur sequentes numerantur, nimirum *Dies Solis sive Dominicus, Natalis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis cum tribus præ-*

cedentibus, & subsequenibus, Ascensionis, Pentecostes, omnium festivitatum B. Mariæ Virginis, D. Joannis Baptistæ, Petri, Jacobi, (convenit lex unic. tit. 7. lib. 3. Ord. Reg.) & dicitur Omnium Sanctorum, vulgo de Todos Santos: semper leges hispanicæ festorum observantiam commendant: *leg. 4. tit. 1. lib. 1. Recop. Cart. 5. tit. 1. lib. 1. Ord. Reg. 14. & 17. tit. 1. lib. 1. Recop. Ind.* usque in præsentem ætatem *vid. etiam sup. n. 88. in add. novis. hisp. in summar.* observari est præceptum, atque, Deo nostrum miserente, hispanicæ regiones obedientiam in omnibus Sedi Apostolicæ humiliter in secula seculorum præstabant. (Ad rem *lex 9. & 10. Styli.*)

In trigesima quinta omnia, quæ eisdem diebus deduci in judicium possunt, demonstrantur, *dato iuris videlicet, ejus rematio, alimentorum assignatio, ventris in possessionem missio, ætatis probatio, super libertate cognitio, testamenti apertura, seu exhibitio, curator propter hæreditis defectum bonis dandus*: hæc equidem, ut in opus pietatis directæ valent judicialiter exerceri: *vid. verb. Jurisdicção, in add. hisp. vers.* Præter alios: *Quæ in communem patriæ utilitatem ex g. propter pacem inter homines conciliandam, patriæ defensionem, forum, & proditorum punitio, agricultura, & fructuum collectio inter actiones non prohibitas recensentur*: nihil amplius, sistatur hic calamus, nam prædicta aliquo temperamento indigent; *Vid. gl. prædictæ legis D. Greg. Lopez.*

Sequentibus decisionibus dies, qui feriati ob gratulationem, & publicam utilitatem dicuntur, præfunt illi, qui à Rege, aut superiore non recognoscente signantur, isos favor facit, & communis utilitas: ad singula venire declaranda, utpote *Auctor satis explicitè, mihi necessarium non videtur*: tantum fiet mentio extra exposita *legum 4. tit. 9. lib. 3. Recop. Cart. & 10. tit. 1. lib. 2. For. jud. per primam* in majorem confirmationem nec admitti nec proferri judicium posse in diebus Deo secretis seu feriatis, constitetur: *per secundam* (citam inventi) asseritur, à Flavio Recesvinto, Wamba decessore, ab anno 646. usque ad 672. regnante, vacationes, quæ à Dominica in Palmis usque ad Quasimodo, & à die natalis Domini usque ad Epiphaniam hodie servantur, dimanare.

Hic occurrere poterat dubitatio super tempus in quo iste hanc dominationem cepit moderari, quia P. M. Florez in *sua clas. histor. secul.* 7. ut supra, idem asserit, sed D. Gonzalo de Illescas in *sua histor. pontificia* lib. 4. cap. 26. proponit, Chindasvintum suum prædecessorem, & parentem anno 652. ex hac vita migrasse, cum per decem annos regnavit, cujus in regno fuit comes per sexennium filius ejus Recesvintus: sed historiographis nihil detrahendo, mihi nullam dari oppositionem inter eos videtur, quia P. M. Florez forte ad electionis Recesvinti tempus se refert, D. Gonzalo ad tempus in quo per se solus Reipublicæ præfuit, atque hujus regni habenas temperavit: spernatur judicium, & peritos Lector perquirat.

Denique, ne ab itinere incepto digrediar, in memoriam revocando, quod, si necessitas, & pietas sua det, valeat negotium quodlibet procurari, finis huic annotationi imponatur: & cum tot, tantique dies festi ab Ecclesia sint indiciti, ad litteram inseritur Edictum, ab Archiepiscopo de Larisa, Cosmoadministratore in spiritualibus Archiepiscopatus Toletani, Judicisq; Apostolico ex Sanctissimæ Patris D. Benedicti XIV. quinto Kalendas Martii ann. 1745. mandato, publicari jussum, per quod fit patens festorum dierum reductio, ut in aliis servilia opera exercere liceret, sed in eis, demandatur omnibus, missæ interesse sacrificio, siquidem hoc præceptum suo robore, & firmitate permansit; Kalendariarum, libellusque vulgo *Guia de Forasteros*, præter ea festa alienius provincie præcipua, cum signis ad placitum, hodie jam ex consuetudine, adnotatis satis demonstrant dies, in quibus est vel non cessandum ab operibus servilibus, simulque à forensi strepitu in hac villa Matritensi: qui postremi dies hispano sermone *Fiestas de Conrejo* nuncupantur.

D. PEDRO CLEMENTE DE AROSTEGUI, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Arzobispo de Larisa, del Consejo de su Magestad, Co-Administrador Espiritual de este de Toledo, Primado de las Españas, por el Serenísimo Real Infante Cardenal DON LUIS mi Señor, cuyas veces, y facultades exercemos: Otrósi Juez Apostolico por Comisión de Nuestro Santísimo Padre Benedicto Papa XIV.

A Todos los fieles de uno, y otro sexo, estantes, y habitantes en este Arzobispado de S. A. salud en Nuestro Señor Jesu-Christo: Hacemos saber, que enterado su real animo de que en él han crecido las calamidades, y miserias tanto, que muchísimos de sus súbditos para ganar su preciso sustento, y el de sus familias, fundados en esta necesidad, se han abierto la puerta para trabajar en los días de fiesta de precepto, por no bastarles el jornal de los días utiles de trabajo, que hay en el año, á poder sustentarse la vida; Por lo que, llevado su real paternal zelo al remedio de esta necesidad, suplico á nuestro Santísimo Padre (que Dios prospere) providenciase con benignidad apostolica del correspondiente consuelo para la eterna salvacion de los fieles, y alivio á la honesta manutencion de la vida humana; y entendido por su Santidad, nos concedió, y comedió en esta parte por su Breve dado en Roma en Santa Maria la Mayor, baxo del Anillo del Pescador á veinte y tres de Diciembre de mil setecientos quarenta y quatro, su apostolica autoridad, para que constandonos el verdadero motivo de la súplica, pudiésemos conceder, indultar, permitir, mandar, y ordenar, que sin escrupulo alguno de conciencia puedan todos los estantes, y habitantes en este Arzobispado emplearse en sus respectivos trabajos, labores, artes, y obras serviles en todos los días de fiesta de precepto, yá lo sean por apostolicas, y synodales constituciones, ó yá por causa de voto, á excepcion de todos los Domingos del año, la Natividad de Nuestro Señor Jesu-Christo, San Eusebio Protomartyr, la Circuncion, y Epiphania del Señor, su Santa Resurreccion, y el día inmediato, Pasqua de Pentecostés, y día siguiente, días de Corpus Christi, de San Juan Bautista, de los Santos Apostoles San Pedro, y San Pablo, de Santiago el Mayor, y el de todos los Santos, con las cinco festividades de la Purificacion, Anunciacion, Ascension, Natividad, y Purissima Concepcion de Maria Santisima, Señora nuestra, y del Santo Tutelar, ó Patrono de cada pueblo.

Y usando de la apostolica autoridad, que nos fue cometida por Nuestro Santísimo Padre á dicho efecto, que tenemos aceptada, y en caso necesario aceptandola de nuevo, y por constarnos de la verdadera relacion hecha á su Santidad, y para obviar, que los nimiamente escrupulosos en guardar todas las fiestas, no trabajando en algunas, padezcan el perjuicio de no poder con los jornales de los días utiles al trabajo subvenir á su preciso alimento, y al de sus familias; y que otros por relaxados, con aparente necesidad, trabajen en ellas con notable escandalo: Para que los unos, y los otros obren con notable seguridad de conciencia, y queden con observancia los preceptos eclesiastico, y natural: Ordenamos, indultamos, permitimos, y declaramos, que desde la publicacion del presente edicto en adelante, todos los en él comprehendidos, y en este Arzobispado, puedan en todos los días de fiesta de precepto, yá lo sean por constituciones apostolicas, y synodales, ó yá por causa de voto (á reserva de los expresados, y contenidos en dicho Breve, y este edicto, en los quales, como hasta aqui, estarán obligados á observar íntegramente el precepto de la Fiesta) trabajar en sus respectivos oficios, labores, artes, y obras serviles, con la obligacion de oír misa entera en ellos antes, ó despues de su trabajo; y en los que por voto se

guardaren en este Arzobispado, los comutamos á solo la obligacion de oír misa en ellos.

Y pues la apostolica piedad de su Santidad nos franquea sus gracias con el presente alivio, encargamos, y encarecidamente exhortamos á todos los fieles de este Arzobispado, que para merecer de Dios Nuestro Señor el remedio en las presentes temporales necesidades, y espiritual consuelo en las almas, guarden, y cumplan las fiestas, que quedan exceptuadas, con su santo temor, y como son obligados; y para que todo ello tenga entero cumplimiento, y llegue á noticia de todos, mandamos se publique; y que los Curas Parrocos, ó sus Tenientes de todas las Iglesias de este Arzobispado, le hagan fixar, y publiquen en sus respectivas parroquias; y lo firmamos, y el infrascripto Secretario. Madrid, y Febrero veinte y cinco de mil setecientos y quarenta y cinco.

Regius Infans, cujus mentio est proxime jam facta, dum hoc opus prelo tradebatur, postriede nonas Augusti anni 1785, in villa, ubi D. Petri de Alcantara corpus reconditum existit, de Arenas vulgo nuncupata, vitam cum morte commutavit: ibique, quousque Regia Majestas ad electam sepulturam regium cadaver transferri preceperit, in ejusdem Sancti capella, ipsiusque altaris cornu depositum permanere, fuit decretum.

FEUDUM.

ARTICULUS I.

Feudum quoad ea, quæ concernunt ejus originem, naturam, & divisionem.

SUMMARIUM.

1. **F**EUDUM, unde originem habeat, & trahat controversatur inter Doctores.
2. **P**robabilis originem trahit à Longobardis.
3. **F**eudi nomen derivatur à fide, seu fidelitate.
4. **F**eudum definitur.
5. **E**xponuntur singula particule definitionis, usq. ad n. 9.
6. **F**eudum dividitur primo in feudum proprium, & improprium, & quid sit utrumque.
7. **I**n dubio omne feudum præsumitur proprium.
8. **S**ecundo, dividitur feudum in Regale, & non Regale, & quid sit.
9. **T**ertio, dividitur feudum in Nobile, & Ignobile, & quid sit utrumque.
10. **Q**uarto dividitur feudum in Ligium, & non Ligium, & quid sit feudum Ligium, & unde derivatur nomen Ligium.
11. **N**on potest quis à duobus dominis distinctis, seu Regibus feuda Ligia accipere.
12. **F**euda Ligia non nisi à Supremis Principibus Superiorum non agnoscantur dari possunt.
13. **F**eudum non Ligium quid sit.
14. **Q**uinto dividitur feudum in ecclesiasticum, & seculare, seu laicale, & quid sit utrumque.
15. **E**piscopi, & alii Clerici habentes feudum seculare, seu laicale in causa feudali subjiciuntur domino seculari.
16. **D**enique feudum etiam dividitur in novum, antiquum, hereditarium, familia, ex pacto, ex providentia, matulinum, faminum, francum, non francum: aliæque species recensentur, & quid sit quilibet, ad num. 33.
17. **A**dditiones ineruntur, ad num. 48.

Unde originem trahat Feudum, controversatur inter Doctores. Aliqui enim cum Zasio in l. 2. verb. Curias, ff. de origine Juris, & Cujac. in Comment. ad leg. feud. in princ. volunt, feuda originem habere ex antiquo Romanorum Jure. Alii cum Luca de Penna in leg. Quicumque Cod. de omni agro dissert. l. 11. sustinent, feudum coepisse tempore Justiniani. Alii dicunt, feuda à Gallis ad Germanos, Italos, Hispanos, & alias Europeæ Pro-

vincias venisse, ut potest videri apud Fachin. l. 7. c. 1. Communior tamen, ac probabilior tenet, feuda originem habere, ac primitus concessa fuisse à Longobardis, qui Italiam occuparunt, diuque possederunt, quorum feudorum consuetudines, Obertus de Orto, & Gerardus reduxerunt ad eorum legum feudali formam, quam habemus, ut testatur Card. de Luca l. 1. de feudis dicit. 2. num. 5. Fachin. l. 7. cap. 1. Harprech. in annot. ad Jul. Clar. in §. Feudum quest. 1. num. 11. Engel l. 3. decretal. tit. 20. num. 1. Reiffenstuel ib. num. 3. & complures alii. Et ratio est, quia in libris feudorum sæpius fit mentio Longobardorum, & legum Longobardicarum, ut in l. 1. de feudi cognitione; Item l. 2. tit. 3. de Investitura, Rursus l. 2. tit. 58. de noit. feud. & sæpe alibi: Tum quia multa vocabula feudalia argunt linguam Longobardorum, velut Morgenatica, Marchia, Marchio &c. Fachin. l. 7. controvers. cap. 1. Harprech. loc. cit. Engel loc. cit. & alii. Feudi nomen derivatur à fide, seu fidelitate, lib. 2. feud. tit. 3. Per quos fiat Investitura, ibi: Cum à fidelitate feudum dicitur, vel à fide; Natura enim feudi proprii est obligare feudatarium, ut speciale exhibeat fidelitatem erga dominum suum directum, cujus est vassallus, cit. lib. 2. feud. tit. 3. Per quos fiat Investitura, ubi sic dicitur: Nulla investitura debet et fieri, qui fidelitatem facere recusat; Sic Rosental. c. 1. de Feud. conclus. 7. l. 1. Engel l. 3. decretal. tit. 20. n. 2. & alii communiter.

Feudum proprie dictum est res immobilis alicui quoad dominium utile liberaliter, & perpetuo concessa sub onere fidelitatis, & obsequii personalis præstandi; Est in re communis, & habetur clare ex §. final. l. 2. feud. cap. 23. ubi ita describitur: Est beneficium illud, quod rex benevolentia ita datur alicui, ut proprietatem quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, usufructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesque suos masculos, sive feminas, (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum domino serviant. Dicitur primo res immobilis, ut denotetur, quod res mobilis feudum esse nequit; arg. cit. §. fin. l. 2. feud. cap. 23. ibi: Res immobilis. Nomine autem rei immobilis non tantum veniunt res corporales, & solo coherentes, ut castra, & prædia, sed etiam Jura incorporalia, quæ immobilibus accensentur, ut Jura piscandi, venandi, jurisdictionem exercendi, vectigalia accipiendi, & similia; arg. leg. §. final. Cod. de præscript. longi temp. juncta Clement. 1. de reb. eccles. alienat. vel non. Sic etiam census, & redditus annui, Clement. Exvii §. cumque annui, de Verb. sign. ibi: Cumque redditus annui inter immobilia censentur à Jure. (Vid. lit. A pag. 85. num. 9.) Dicitur secundo Quoad dominium utile, ut denotetur dominium directum, seu proprietatem remanere penes dominum, qui Feudum concedit; arg. cit. §. fin. l. 2. feud. cap. 23. ibi: Ut proprietatem quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat. Dicitur tertio Liberaliter; ut denotetur feudum proprie dictum esse beneficium ex benevolentia, ut dicitur in cit. §. fin. l. 2. feud. cap. 23. per quod differt ab emphyteusi, in qua domino directo ab emphyteuta præstari debet canon annuus. (Vid. lit. D ex num. 1. ad 12. col. 2. pag. 96. & seq. etiamque lit. E ex pag. 214. usque in fin. verb. Emphyteusis.) Unde, si etiam in feudo annua pensio constituitur, prout interdum fieri solet, tunc non est feudum proprium, sed solum improprium: Non est tamen de substantia feudi, ut mere gratuito fiat, nam etiam feuda emi posse constat ex cap. unico de beneficio fratris. Dummodo minori pretio ematur, ut adhuc speciem beneficii retineat. Dicitur quarto Perpetuo, ut denotetur, quod feuda proprie dicta non præcise ad certum tempus, vel generationem, ut aliqua emphyteusis, sed perpetuo conceduntur, ita ut ad feudatarium, & ejus hæredes in perpetuum pertineant, ut expresse habetur in cit. §. fin. l. 2. feud. cap. 23. Dicitur quinto sub onere fidelitatis, & obsequii personalis præstandi, ut denotetur, quod principale onus, & obligatio feudatarii est, ut domino directo, à quo tantum beneficium accepit, & sit fidelis, & nunquam aliquid contra eum machinetur, sed potius consilio, & auxilio adjuvet, præser-

tim euntem ad bellum personaliter sequatur, vel alium sui loco Domino acceptabilem mittat, vel dimidium redditus feudi unius anni domino subministret pro belli expensis; l. 2. c. 55. §. 1. de prohibita feudi alienatione.

Feudum dividitur primo in feudum proprium, & improprium. Feudum proprium est illud, quod in omnibus veram naturam feudi retinet juxta descriptionem, & explicationem supra datam, & simpliciter, & pure conceditur nulla temporis aut servitorum facta determinatione: §. penult. & uli. C. Quod sit Investitura: Et de concess. recti feudi: Item cap. 1. Quibus modis feud. constit. potest. Calvin. Lexicon. Jurid. verb. Feudum. Feudum improprium est illud, in quo per pacta specialia, seu per Investituram specialem à propria natura feudorum recessum est. Feudum enim improprium censetur, quod conditionibus, vel obsequiis nominatim distinctis est alligatum; Cap. 1. de not. feud. & §. fin. de cap. qui cur vendi; Calvin. loc. cit. In dubio autem omne feudum præsumitur rectum, & proprium, & si forsitan in uno degeneret, in reliquis tamen adhuc propriam naturam retinet; C. unico, de feudo non habente propriam naturam, Engel loc. cit. rub. num. 6. Secundo dividitur feudum in Regale, & non Regale. Feudum Regale est quod ab Imperatore, vel à Rege conceditur cum annexa regali dignitate, id est cum Jure regalium; hujusmodi Feuda sunt Regnum, Electoratus, Ducatus, Principatus, Marchionatus, Comitatus, & cetera id genus honoris beneficia, arg. l. 1. tit. 14. feud. cap. 1. Quis dicitur Dux; Calv. loc. cit. Vultejus de feudis cap. 8. n. 10. & alii passim. Non Regale est, quod personam accipientis quidem nobilitat absque tamen Jure regalium; arg. cit. num. 1. tit. 14. feud. Cap. unic. Qui feudare possunt; Calvin. loc. cit. Vultejus loc. cit. Engel. loc. cit. num. 10. Reiffenstuel l. 3. decr. tit. 20. num. 19. & alii. Tertio dividitur Feudum in Nobile, & Ignobile. Feudum nobile est illud, quod accipientis personam nobilitat, vel si prius fuit, nobilem ostendit, ut cum ab Imperatore, vel alio Supremo Principe conceditur; cap. 1. Quis dicitur Dux. Feudum Ignobile est, quod à plebe, vel privatis personis dari solet, quæ ex defectu potestatis nullam nobilitatem conferre possunt feudum ab ipsis accipientibus; cap. 1. de his, qui feudum dare possunt, & arg. l. 2. Feud. tit. 10. & 53. Calvin. loc. cit. Reiffenstuel loc. cit. num. 18. Vultejus loc. cit. num. 9. & alii.

Quarto dividitur feudum in Ligium, & non Ligium, Feudum ligium est illud, pro quo vassallus ita strictam fidelitatem jurat uni domino, ut ei militare, & servire teneatur contra quemcumque alium; cap. 1. de feudo ligio l. 2. tit. 99. de feudo ligio. Unde hoc nomen ligium videtur derivatum à ligando, seu verbo Liga, quod focus, & societatem artissimam significat; Calvin. loc. cit. verb. Ligium homo: Engel loc. cit. num. 11. Reiffenstuel loc. cit. num. 20. Hinc non potes quis à duobus Regibus feuda ligia accipere, arg. citat. lib. 2. tit. 99. de feudo ligio, Glossa in Clement. Pastoralis verb. Homo Ligius, de re judicata. Impossibile enim est promittere fidelitatem duobus contra quemcumque, cum hoc ipso quod uni jam promiserit fidelitatem contra quemcumque nullo excepto, necessario alter à fidelitate videatur exclusus; Clarus §. Feudum q. 11. Engel loc. cit. num. 11. Reiffenstuel loc. cit. num. 21. Hujusmodi feuda ligia non nisi à Supremis Principibus superioriorem non agnoscantur dari possunt, aliis enim necessario superior dantis in juramento fidelitatis excipi debet, sicuti semper censetur exceptus in quovis feudo ligio Romanus Pontifex, eo quod contra ipsum nullum fidelitatis juramentum præstari possit; arg. Cap. Venientes 19. de Jurejurando, ibi: Cum prædictum juramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi jus superioris exceptum. Feudum non ligium est illud, pro quo vassallus ita jurat, & debet fidelitatem domino, ut tamen alicui alteri in eadem, vel simili causa fidelitatem debitam præstare valeat; Unde potest quis duo, vel plura feuda non ligia à diversis Regibus, & Principibus accipere, dummodo in nullo fidelitatem contra dominum aliquem feudi juret; Sic praxis communis.

Quinto dividitur feudum in ecclesiasticum, & seculare.